

## Band XI., Nr. N5621, Seite 496-497

*Abt Arnold von St. Blasien beurkundet das Ende des Streits zwischen seinem Kloster und Ulrich, genannt von Kirchdorf, wegen des Hofes Nunbrunnun.*

St. Blasien, 1258. September 1.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis A[rnoldus] miseratione divina abbas totusque conventus monasterii sancti Blasii Nigre Silve notitiam subscriptorum. Ne ea que geruntur in tempore cum tempore dilabantur, scripturarum solent indicii perhennari. Noverint igitur omnes et singuli, quos nosse fuerit oportunum, quod dum mota fuisset questio et aliquantulum agitata inter Ūlicum dictum de Kilchdorf ex una nostrumque monasterium ex parte altera super eo, quod idem Ūl. possessiones seu bona curie de Nunbrunnun<sup>1</sup> contigua et contermina, que bona nostro monasterio per census videlicet duodecim denariorum usualium singulis annis hucusque solutorum iure proprietatis pertinebant, a Johanne dicto de Ruthe<sup>2</sup> nostri monasterii famulo comparavit nobis, quos huiusmodi emptionis negotium de iure tangebatur quorum consensus in hoc fuit merito requirendus, minime requisitis, demum predictus Ūl. ad hoc consilio amicorum suorum inductus est, quod receptis viginti sex libris Hallensium a viro discreto E. preposito nostro de Nallingen eadem bona uxoris sue suorumque filiorum accedente consensu in manus eiusdem prepositi libere resignavit renuntiando iuri, quod in eisdem bonis habet habuit vel habere videbatur casu aliquo contingente. Postmodum vero Cunradus villicus noster in Ruthe dictus de Tūwigen data nobis pecunia antedicta videlicet viginti sex libris de prefatis bonis seu possessionibus a nobis meruit infeodari tali adhibita condicione, quod ipse et uxor sua Luggardis censu predicto in festo sancti Martini singulis annis de bonis suprafatis nostro monasterio persolvendo quoad vixerint possideant bona sepedicta. Si vero unus ipsorum decesserit, alter eorum eadem bona usque ad tempus vite sue inconvulsa teneat et indivisa, ipsis autem ambobus de hac vita sublatis sepenominate possessiones et bona ad monasterium nostrum libere et sine omni contradictione revertantur. In huius rei testimonium presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

<sup>1</sup>*Nunbrunnun*, die Lage dieses Orts scheint schon in früheren Zeiten unbekannt gewesen zu sein, wie eine dem 15. Jahrhundert angehörende Dorsalnotiz: *Birprunnen*, d.h. Bierbrunnen, Weilheim, WT, zeigt. Die Beteiligung des Propstes von Nellingen weist in die Gegend des mittleren Neckar.

<sup>2</sup>Dass der Maier in *Ruthe* Konrad von Tübingen heißt, macht wahrscheinlich, dass *Ruthe* mit Ruit auf den Fildern, Ostfildern, ES, identisch ist.

## II

Nos vero conventus quia sigillum proprium non habemus sigillo domini nostri abbatis presentibus usi sumus.<br> <br> Datum apud Santum Blasium, in nativitate beate Verene virginis, anno domini MCCLVIII., indictione prima.

—

Der Textabdruck folgt dem Karlsruher Original auf Pergament.<br> <br> Das spitzovale Siegel des Ausstellers an grüner Leinenschnur ist stark beschädigt: Der auf einem Stuhl sitzende Abt hat in der Rechten den Stab und hält mit der Linken ein Buch vor die Brust.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

11/5539

**Editionen:**

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 510 f., Nr. 396.

**Regesten:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 6, S. 227.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

St. Blasien

**Ortsindex:**

Kirchdorf Wohnplatz (13996) <br> Kirchdorf, Brigachtal, VS <br> Nellingen Wohnplatz (545) <br> Nellingen, Ostfildern, ES <br> Nunbrunn <br> Ruit : Ostfildern ES <br> Ruit Wohnplatz (549) <br> St. Blasien Wohnplatz (15605) <br> St. Blasien, WT <br> Tübingen Wohnplatz (16214) <br> Tübingen, Tü